

Imperiali Academiae Leopoldinae

a Secretis

S. P. Q.

Franciscus Daniel

Cum vehementer gaudeo quod meum de Legibus Pankormi-  
tanis Sepulchrum opus, quidquid illud munus fuit, a prae-  
clarissima Leopoldina Academia humanissime fuerit  
acceptum, tum gratias illi a se immortales quod nomen  
meum in Academicorum Album referri jussisset. Eum-  
vero pro summo hoc honore, quo certe nihil mihi accidere  
poterat neque gratius neque magnificentius, meo amplissi-  
mo isti Literarum Coetui perpetuo devinctum profite-  
bor, et pro ingenii modulo efficiam ut Leopoldina Aca-  
demia sua beneficia Neapoli non male advocata arb. retur.  
Quod autem a me quaeris quid nunc agam, sic habe:  
cum superiore anno providentissimus Rex Ferdinandus  
Sextus Neapolitanam Academiam instauraverit, neque

pro sua clementia illi a secretis delerit, totus in hoc  
sum ut unum alterumque voluminem Antiquitatum Her-  
culanensium ad ceterum perveniatur quamcunque, VIII.  
nempe, quod in lucernis et candelabris illustrandis venatur,  
et IX. quod integrum Philodemi philosophi Epicurei de  
re Musica tractationem complectitur, eamque nunc  
primum ex papyro ab Hesperiani ignis calore in ipsa  
Herculanensis municipii eversione in carbonem pece  
reducta, diligentia plane incredibile et incano labore  
descriptam.

Te interea, vir clarissime et doctissime, oratum et  
rogatum volo, ut remini Socorum ullum officii genus  
a me reliquum facias, illudque persuasissimum habeas.

si quid hic tua causa potero omnia mea studia in te con-  
stitura; et tum Societatis tum inique modo amicitiae necessi-  
tudinem me diligentissime conservaturum. Vale.  
Neapoli XIII. Kal. Septembris Cl. M. DCC. XXXVII.